

## **Symma Juris Canonici**

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Succincte Explicantur,  
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,  
pertinent

Sive Antinomia Iuris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium  
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,  
discussa, & explicata

**Strein, Johann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1658**

CLV. Differentia 26. Iure civili filius fam. in omnibus causis regulariter non  
potest esse in iudicio absque patris consensu.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61864)

## DIFFERENTIA 26.

Iure civili filius fam. in omnibus causis regulariter non potest esse iudicio absque patris consensu. l. 1. C. De bon. matern. l. cum non solum. §. necessitatem. C. De bon. quæ liberis. Iure Canonico autem, cum agitur de spiritualibus, etiam minor 25. annis absque consensu patris in iudicio esse potest. c. si annum de Iud. in 6. Bartol. 177. 1o. Bapt. à S. Blasio. 13-

l. Ex 1. C. de bon. mat. citata; patri commendat, ut bonorum, quæ filii compentunt, diligentem curam habeat, & quod iure filii debetur in examine per se vel procuratorem poscat, & item inferentibus resistat. In l. Cùm non solum. De bon. quæ liberis Glossa Gorifici. annotat. cum filios fam. judicium non consistere sine patris voluntate. Fallit tamen in causa criminali. Bart. in l. Inter liberos. §. 1. ff. De adult. quem sequitur Card. Alexand. in c. De accus. col. 9. 2. Q. 8. Aret. Consil. 138. Villalob. in commun. opin. litt. F. n. 133. Farinac. in Pract. Crimin. Q. 12. n. 10. qui cum iul. Claro nunquam se vidisse dicit in praxi, quod sive agenda, sive defendendo filius fam. sine consensu patris non possit in iudicio stare, quando causa de publico, vel privato crimen agitur. Fallit item in causa spirituali, & religionis. cap. fin. de iudic. in 6. ijs quoque, quæ voluntarie iurisdictionis sunt. Bald. in l. ss. C. De qua bon. liberis: & quoties pater non est rerum filij legitimus administrator. Bart. in d. b. §. Necesitate. Præterea in

causis beneficiorum idem esse censent. cap. 1. de iurid. & quoties iudicis officium implorat: causa reconventionis & appellationibus. Illis denique casibus, quibus minor in iudicio esse potest sine auctoritate tutoris, vel sialieno nomine compareat. V. Socin. Reg. 151. Tholof. l. 11. c. 8. n. 25.

11. Quodius Canonicum attinet. Gloss. in cap. si. annum de indic. in 6. disertè affterit, minorem 25. annis quascunque causas spirituales, & ab illis descendentes absque auctoritate curatoris tractare posse. Præterea filium famili. beneficiatum in causa beneficij sui, absque patris consensu & auctoritate agere. Nam in spiritualibus causis potestas patria non attenditur. Andr. Gail. lib. 2. Obs. 95. n. 4.

\* \*

DIE. 25.